

Fridericus Prutenus Heinrici filius, C[unradus] de Salburg, C[unradus] Druserfe, Heinricus filius Petri, Her[manus] de Lapidibus, Her[manus] de Gluawe recognoscimus et protestamur omnibus tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus, quod<sup>c)</sup> Marchardus faber felicis memorie, qui quondam se nominavit Ulricum, assignavit de orto suo, que iacet ante altam valvam versus Plebennitz pro salute anime sue et pro salute omnium suorum antecessorum ecclesie sancte Marie<sup>d)</sup> j fertonem, ecclesie sancte Katherine j fertonem singulis annis dandum festo Michahelis iure perpetualis; si vero Walpurgis relicta sive conthoralis dicti Marchardi ipsum ortum vendiderit et quicumque emerit aut possessor fuerit ipsum fertonem dabit eodem iure priori perpetuali, unde, ut hoc testamentum firmum et stabile perpetualiter permaneat et nec ab aliquo infringatur in futuro, litteram presentem conscribi fecimus sigillo nostre civitatis roboratam. Acta sunt anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, feria sexta, vigilia epyphanie. Obigit<sup>e)</sup> etiam dictus Markardus nonas ianuarii.

a) consolum (B) b) Cum (B) c) qud (B) d) davor getilgt Katherine (B) d) so (B)

**43.** *Bürgermeister und Rat zu Zwickau bitten Bürgermeister und Rat zu Chemnitz um Nachricht, wie man sich gegenüber dem Markgrafen (Friedrich I.) von Meißen verhalten solle.*

[zwischen 1307 Mai und 1308 Juni 11?], Zwickau

*Original: SächsHStA Dresden, 10001, Ältere Urkunden, Nr. 5114<sup>u</sup> (A); Pergament: 23 cm breit, 7,5 cm hoch; Besieglung: Das rückseitig zum Verschluss aufgedrückte Siegel der Stadt Zwickau abgefallen (Durchmesser nach Abdruck 7,6 cm). — Edition: CDS II, Bd. 6, S. 7, Nr. 9. — Regest: Urkunden des Vereins für Chemnitzer Geschichte, S. 50, Nr. 60. — Anm.: Der nicht datierte Brief ist wahrscheinlich nach der Schlacht bei Lucka (1307 Mai 21 oder 31) und vor der Aufnahme von Chemnitz und Zwickau unter den Schutz des Markgrafen Friedrich (vgl. Nr. 44) abgefasst.*

Honestis viris et discretis . . magistro consulum et consulibus universis in Kemnicz. C[onradus] de<sup>a)</sup> Salburc magister civium nec non consules universi civitatis Zwickou obsequii quicquid possunt plus honoris. Ex relacione quorundam proborum virorum noveritis nos verius percepisse, quod dominus noster illustris princeps<sup>b)</sup> Misnensis marchio in perdicionem nostram corporem et rerum et precipue in dampnum imperii cum subtilitate sua vellet intrare nostram civitatem. Et quia cum de vobis, sicut de iure debemus, habeamus confidenciam bonam et refugium speciale, petentes et rogantes vestram dilectionem suppliciter et attente, ut nobis vestro maturo consilio dignemini subvenire, quid facere debeamus nobisque etiam demandare<sup>c)</sup> velitis, si homines predicti domini nostri marchionis vestram intromiseritis civitatem, ut secundum hoc regere possimus nostra facta.